

CAPUT III.

*Quinam sint Capaces Primariarum Precum? Quae Beneficia his Precibus afficiantur? quae contra excipientur?
ac intrà quod tempus Precista optare debeat?*

§. 1. Examinato in Capite praecedente, Quis? & ex quo Jure, Preces exercerent? videndum nunc recto ordine, quis cum effectu Precista constitui possit? Et generatim quidem, si Prescriptum Ss. Canonum attendere fas est, Precistas iis virtutibus, dotibus, ac qualitatibus eminere oportet, quae alias in Statu Canonicali, aut Clericali desiderari solent; Is enim, qui inhabilis est ad Beneficium obtinendum, inhabilis quoque est ad illud optandum. Ergo I. requiritur, ut non Laicus sit, sed Clericus, primâ saltem Tonsura initiatus tempore acceptationis, & collationis, eō quod in Beneficialibus attendatur tempus praesens, sive collationis. *Hermes Cap. II. Qu. 55.* II. Ut non sit notatus illegitimis natalibus, vel aliqua sive ex delicto, sive ex defecâ proveniente irregulitate, & Juris communis obstaculo impeditus. Nec mirum, cum Sancções Conciliorum, & Decreta Pontificum à consecratione omnis Beneficii Irregulares, aut Illegitimos gravibus ex causis excludant. Nec sufficiet natalium restitutio ab Imperatore facta, utpote quae ad Beneficia lia non extenditur. Secùs esse dicit Chokier pag. 76. Si cum Illegitimo à Papa dispensetur. An verò Ecclesiae Germanicae, sive Cathedrales, sive Collegiatæ admittantur sicut taliter dispensatos, valde dubitare licet; indecorum quippe foret, ejusmodi homines tam Insignibus adscribi Ecclesiis, atque in consortium Illustrium Personarum, aut saltem honestâ Parentela gloriantium admitti. III. Ut habeat Aetatem, Scientiam, Ordinem, & qualitates alias, quae ad Beneficii affectionem, vel ex Juris communis dispositione, vel ex Fundatione requiruntur. Exploratum quippe est: Preces Imperiales illi Juri, & Fundationibus derogare non posse, uti insinuavi sapr̄ Cap. II. §. 5. ad Questionem: *An Imperator concedendo Preces possit invenire naturam Beneficij.* Ulterius verò

§. 2. Hic procedunt Interpretes, & querant: Quid si illa qualitas ad obtinendum Beneficium non ex Jure communi, aut Lege Fundationis requireretur, sed ex speciali dunitaxat Ecclesie Statuto, aut Confutidine: Au tunc Precista tale beneficium absque ea qualitate possit confequi? Nonnulli, ut Lenzenus hic Qu. 610, Wagner, & Chokier id affirmant, dictitantes hujuscemodi Statutis in Indultis Primariarum Precum à Sede Apostolica esse derogatum, cuius rei confirmatio causa in medium producunt Nobilis cuiusdam Ecclesiae Capitulum à Ferdinando II. nominatum Precistam Nobilitate carentem tandem admittere suisse co-

actum. Verum missio, an Summus Pontifex per suas Constitutiones Statutis & Consuetudinibus specialibus Ecclesiarum Germanicarum derogare posset, attamen in hac Precum causa potius attendenda erunt Praxis Imperii communis contraria, facta Ecclesiarum, quae consimile quid tantum Ipsiomet Pontifici obnuntur, Capitulationes Cæsareæ, vi quarum Cæsar Statuta, & laudabiles Consuetudines Ecclesiarum Germanicarum tueri tenetur; & demum *Instrumentum Pacis Westphalicæ* art. V. §. XVIII. Ubi Precum effectu duntaxat gaudere posse dicitur, qui ad normam Statutorum & observantie idoneus habetur. Imò cum Imperator nominando Precistam intret quasi in locum Collatorum Ordiniorum pariter ut illi, tenebitur specialia Statuta, & consuetudines observare; quodque afferatur de Ferdinando II. præjudicium, tanti momenti non est, ut has rationes elidat, fortassis enim in illa Ecclesia Imperatores talen confitudinem, quæ hic vel maximè attendenda, introduxerant: *Ultimè* querunt Interpretes: An quis à posteriori Precum fiat incapax contrahendo Matrimonium, emittendo Professionem Religiosam? & R. Hermes Cap. II. Qu. 45. Quid Imperator contrahenti Matrimonium Precista alium surrogare possit. Quid si verò Matrimonium non tenuerit? Precibus non excidit, Cap. non præstat de Regulis Juris in 6., Imò qui impetravit Preces, dein uxorem duxit, si tempore vacantis postea Praebendæ Uxor mortua sit (sique Preces per Imperatorem nou fuerint revocata) primam vacantem pretendere poterit in sua Viduitate... quod in secundo Casu Precista emittendo Professionem Religiosam excidat jure Precum affirmat. Chokier pag. 30. cum Professione emissa non detur regresus ad Beneficia secularia, secùs ergo esset, si quā Precista ad Noviciatum esset admisus, tunc eum Professione emissa Preces plenum sortirentur effectum.

§. 3. Quæ Beneficia Primariis Precibus subjaceant, aut non? ^{2. Km} præfentis Capitis membrum erat, vindicat autem *Formula Precum Cæsarearum* Imperatori Jus porrigendi suas. Primarias Preces ad omnes & singulos Collatores, Collatrices, Capitula, Conventus & Collegia, & alias Personas de Beneficiis per Universum Romanum Imperium constitutis quoconque modo disponendi Jus habentes. Verum limitatur hoc cognoscendi principium; quod non competit Imperatori Facultas, ad has Personas comminoratas dirigendi Preces, nisi *Consuetudine* ea sit quæsita, ac firmata: cum enim mensura illius Juris ex ea duntaxat juxta ipsam Cæsarum Contestationem sit desumenda, ad eam unicè respiciatur necesse est. Si proindè ad totum Capitulum, Conventum, vel alium quemcunque Collatorem non fuerint Preces unquam anteà directæ, aut si quæ sint porrectæ, effectu tamen semper caruerint, illæ nec modò dirigi poterunt.

§. 4. Porrò adseritur in eadem *formula Cæsari* Potestas consequendi pro Nominatis Precistis *Beneficia Ecclesiastica cum Cura*, & sine Cura, Circa

Circà quod tamen observandum : quod ubi Cæfari ex Confuetudine integrum sit, nominandi Precistam ad Curatum Beneficium, talis antea admitti non soleat, quām præviè examinatus, & ab Ordinario approbatu, Chockier pag. 37. Leuren. Qu. 607. N. 8., Res enim esset plena periculi, in experto comittere curam animarum. II. Comprehendit Formula illa Precum Beneficia omnia secularia; at hic quoque animadversione opus est: sic nāmque Consuetudo illa antiqua, & approbata se non extendit I. ad Beneficia Apostolicae Provisioni reservata, Extravag. ad Regimen, videlicet Dignitates, & Beneficia S. R. E. Cardinalium, Officialium, Curialium, Familiarium Papie, & aliorum ibi expressorum. Item Beneficia vacanta in Curia, & Eorum, qui ad hanc accedentes, ab Eāve recedentes in Locis ultra duas Diætas ab eā non remotis ex vivis decedunt Chockier pag. 73. II. Nec ad Dignitates Pontificales, five Episcopales, ut potè quarum Electio libera Capitulis Cathedralibus competit, neque eam unquam Cæsares per Preces citrā Concordatorum violationem, ac Juris jurandi infractionem imminuere aut quærerent, aut tentabant III. Nec ad Dignitates Pontificalibus proximas in Ecclesiis Metropolitans & Cathedralibus, ut in Imperio nostro sunt Preposituræ, vel Decanatus. IV. Nec ad Dignitates primas in Collegiatis. V. Nec ad Beneficia ad Sedem Apostolicam legitimè devoluta. Dico : ad Apostolicam Sedem, Ergo, si ad immediatum superiorem, Pontifice tamen inferiorem devoluta sint, Precibus erunt obnoxia, Exceptione firmante Regulam in Casibus non exceptis. Hermes Cap. II. Qu. 28. VI. Nec ad Litigiosa, id est, super quorum proprietate eorum Possessoribus defunctis mota Lis adhuc indecisa pendet, quia gratiæ exspectativæ, quibus Preces accensentur, generatim non cadunt super Beneficia litigiosa, nisi vel Lis sit notoriæ frivola & calunniosa, vel soldū super Beneficii possestione, Leuren. Qu. 608. N. 6. VII. Nec ad Beneficia Monocularia, non enim solent Imperatores gravare Collatores, nisi quatuor conferre habeant Beneficia, ac alijs Collator toto vita sua tempore nunquam ipse conferre posset. VIII. Nec ad Beneficia Juris patronatū Laici, & mixti, ne Patroni ab hujusmodi Piis Fundationibus absterrentur. IX. Nec ad Manualia ad nutum revocabilia. Item Ministerialia, quibus annexum est onus canendi, vel dirigendi Cauentes in Choro ut Vicariatus Chori, nam in his nec Consuetudo antiqua, nec Praxis moderna Cæfari suffragatur. X. Nec regulariter ad Beneficia vacanta per Resignationem, aut permutationem Chockier. pag. 35., Leuren. Qu. 608. N. 8. & 9. Ubi large adhuc tractat, quenam Beneficia Sæcularia insuper à Precibus excipiuntur, quo me remitto. Illud tamen hic semper præ oculis habendum, quid secum ferat Consuetudo, & Observantia.

§. 5 III. Extendit se Formula Precum Cæsarearum ad Beneficia Regularia : quo super me refero ad Cap. I. §. 8. hic addens, quod Preces

Cæsareæ ad Beneficia Regularia locum habentes differant à *Literis Panis* ad Monasteria per Imperatores dari solitis , super quibus in *Epistola Infructuosa superioris Cap. II.* citata Benedictus XIV. §. II. habet sequentia . Id omni re habuit Imperator , ut invalidos milites , atque rerum administratos Monasteriis commendaret ad præbendorum largitionem : turpiter cum hoc Jure plerique confundunt Preces Primarias , quibuscum nihil habet commune . Differentes enim variae sunt Primarias Preces inter , & Literas pauis : Primarie Preces semel tantum exercentur per Neo-Electum Imperatorem , Commendationes autem invalidorum militum solent fieri , quoties Miles commendatus deficit . Preces Primarie exercentur favore Clericorum ad Ecclesie Servitium , Literæ panis autem dantur pro vita mediis Laico ad ea comparanda ex suppportatis belli , aliisque incommoditatibus redditio incapaci . IV. Eadem Precum Cœlarearum *Formula nominativi* varia Beneficia secularia exprimit , & falso Precum Primariarum submittit semper enim haec inseruntur verba *Etiampi Canonicatus & Præbenda , Personatus , Administratio*, vel *Officii* fuerint in *Collegiata , Cathedrali , vel Metropolitana Ecclesia*: etiampi ad ea conseruerint qua per *Electiōnem assūti , ad Collatorum , Collatricum , Capitulorum , Collegiorum , sive Personarum prædictarum Collationem , Provisionem , Electiōnem , Nominationem , Præsentationem , seu quamlibet aliam Ordinationem conjunctum vel divisim spectantia*. An vero haec omnia ita illimitate hodiecum procedant , distinguendum sit : Inter Officia , & Dignitates , que Præbenda sūdām vi Fundationis , vel Consuetudinis aut Statuti aliquis Ecclesie sunt *indivisiū annexæ*. Et inter illas , quæ Canoniciatū annexæ non sunt . Quod primo casu Precista vacante tali Præbenda Precibus Primariis alias obnoxia simul optare poslit annexam *indivisiū* Dignitatem , aut Officium , certi Juris est ; sicut enim ab Ordinario alias Providendas , una simul acceporet talem Dignitatem , aut Officium annexum , sic idem jus erit Precistar . Quid vero in altero casu decadentia , ubi talis Dignitas non est Præbenda annexa , sed vel per Electiōnem , vel ratione Senii , vel alio modo distribuitur , certam Regulam non adstruo , optimè id quavis Ecclesia teste experientia & usu determinabit ; cum enim Iysinet Imperatores ex antiqua Consuetudine Jus suum derivent , ultra se gravari nulla permittet Ecclesia : Hæc Generalia sunt de Beneficiis Precibus Primariis subjectis , aut non subjectis .

§. 6. Specialia ite examinant Interpretes , & L. quid statuendum quoad *Beneficia ecclesiæ prius post concessas alicui Preses* , An & hec Precista statim valeat optare ? Et Sententia Negativa præplacet , tum ne Fundatores deterrenerentur , si fundata à se Beneficia statim deberentur Precistar . nec ipsi haberent liberam collationem , tum quia tali Beneficium noviter erctum propriè non dicitur vacare , *Leuren. Qu. 608. N. 10. II.* Quid quoad *Beneficia Unita* , e. g. Collator Ecclesiasticus , ad quem directe

Preces, hoc tempore habebat adhuc conferre quatuor Beneficia, postea
 unum illorum sicut unitum: quid juris? nocebitne Precista? nequaquam
 p. Chockier pag. 46., quia tempus datae in hoc Casu inspici debet, Cap. si
 eo tempore de Rescript. in 6. III. Quid dicendum quoad *Beneficia suppressæ*?
 Si in aliqua Ecclesia Statutum sit factum, ut legitima ex causa suppri-
 matur unus, vel plures Canoniciatus, ut 12 Canonici redigantur ad sep-
 tem, nec ante post mortem praestantium Canonorum ulli provideatur,
 quam ad Septenarium numerum devenutum sit. Queritur: An Precista
 exspectare debent, donec quinque sint mortui, & dein moriatur sextus? quod negatur, quia hoc Statutum interpretandum est, ut Nulli no-
 ceatur, nec Cœfari, nec Precistæ, unde sit, quod ejusmodi Suppressio-
 nes non valeant; nisi citatis omnibus, quorum interest, & ut cause cognitio adhibeat, an vergat in evidenter Ecclesiae utilitatem, *Hermes*
Qu. 25. IV, Speciale dubium hic movetur, an Imperatori quoque com-
 petat jus Precum in Terris Augstantæ Confessioni addicti? Quæstio haec
 pro, & contraria ventilata decisa tandem fuit in Instrumento Pacis Westph.
 Art. V. §. 18. In his verbis □ *Ubi Sacra Cœsarea Majestas Jus Primaria-
 rum Precum exercuit, exerceat etiam in posterum, dummodo decedente Augstan-
 tane Confessioni addictio in ejus Religionis Episcopatibus Confessioni Augstantæ ad-
 dictus ad normam Statutorum & observantiae Idoneus Precibus fruatur...* In
 mixtis verò ex utraque Religione, seu Episcopatibus, seu aliis Locis IMME-
 DIATIS Precibus Primariis Praeventus non gaudet, nisi Beneficium vacans
 Religionis consors possederit... Et in art. 5. §. 25. In quibusunque etiam Fun-
 dationibus mediatis Anno 1624 die 1. Januarii Sacra Cœsarea Majestas Pre-
 ces Primarias exercuit, exerceat eas & in posterum ad modum circa Bona im-
 media superiis (§. 18.) explicatum. Differentia igitur est, quod in Lo-
 cis *Immediatis*, id est: Capitulis Metropolitanis & Cathedralibus Impe-
 ratori Jus Primariarum Precum indiscriminatim confirmetur, nulla facta
 termini normalis mentione, modò illud ante conditam Anno 1648. Pa-
 cem Westph., non autem præcisè ante terminum normalem Anno 1624.
 Die 1ma Januarii in iis Ecclesiis exercuerit. Et hinc si e. g. Ferdinandus II. post diem & annum normalem Preces in aliqua Ecclesia *imme-
 diati* Protestantium exerceisset, Preces Successoribus Imperatoribus salvæ
 perfistent, licet non constaret, an ipse, aut Praedecessores sui Preces in
 illa Ecclesia *immedia* unquam ante istum terminum exerceuerint. Secùs
 statuitur de Ecclesiis *mediatis*, hic enim terminus normalis adjicitur, ut
 itaque in his Imperator Preces exercere valeat, requiritur, ut die 1ma
 Januarii 1624. jus illud verè exerceuerit, id est: in ejusdem possessione
 fuerit. Debet igitur Ferdinandus II. ante terminum normalem 1624.
 Die 1ma Januarii aut saltem ex dicti Ferdinandi II. Antecessoribus ali-
 quis in iitis Ecclesiis Protestantium mediatis Preces exerceuisse.

§. 7. Dicendum in prima hujus Capitis parte : quid requiratur ex parte
 Precistarum, ut ritè, & cum effectu nominari ad aliquid Beneficiū possit?
 Verū nominatione hac etiam debitè facta requiruntur & alia, ut ef-
 fectum Primariarum Precum consequtatur. Et antè omnia si vacans Be-
 neficiū optare velit, habet enim (juxta formalia *duxerit acceptan-*
dum = in Diplomate Precum Cæsareo adhiberi solita) facultatem omit-
 tendi Beneficiū vacans, & expectandi aliud vacaturum ; si, inquam,
 vacans optare velit, tenetur *infrā mensē*, Postquām ipsi *vacatio Beneficiū*
 in Ecclesia per Primarias Preces expresa *innotescit*, per se, vel per Pro-
 curatorem ad id speciale mandatum habentem Beneficiū vacans ac-
 ceptare, Primis Precibus Collatori ordinario Episcopo, vel Capitulo ca-
 pitulariter congregato anteā insinuatis Chockier pag. 73. quo mense quin
 acceptatio facta, elapo Preces pro ea vice exspirant ex parte Precistarum,
 qui luæ negligentia imputare debet, quod in acceptando Beneficio va-
 cante terminum præfixum non obseruārit, ne aliās diutina nimis esset
 Beneficiorum vacatio. Nonnullae tamen hic oboriuntur difficultates, in-
 primis, à quo tempore incipiat currere iste mensis ad acceptandum da-
 tus? & communis est Doctorum Responsio : eundem currere à die note
 vacationis, ut edisserunt clare verba mox adducta ex tenore Precum. Sed
 Quæres : quandonam Precista habendus sufficientem habere notitiam? R.
 à tempore publicæ vacationis in loco Ecclesiæ, ubi Beneficiū est. Her-
 mes Cap. 11. Qu. 49: Quæres 2d: An post mensē Precista adhuc accep-
 tare poterit, si res adhuc sit integra, nec vacans Beneficiū ab Ordinario alteri collatum? & Negativam de Jure teneo Sententiam, quia non servatā forma prescripta actus nullus est, & facit, quod post men-
 ses Executor ei providere nequeat, obstante scilicet formā Mandati,
 ejus fines strictè custodiendi sunt, Hermes Qu. 53. Quæres 3d, utrum
 dic meas terminus currat quoque contra minorem 25 annis, aut alium
 legitimè impeditur? Ita, ut si talis intrā mensē non acceptaverit Be-
 ficiū vacans, hoc ipsum postea, five res sit integra, five non, à Col-
 latoro Ordinario petere possit. Et communius id Authores affirmant ex
 ratione: quod tempus ad certum actum præfixum durante minore etat-
 e, aut legitimo impedimento non currat. Wagnerck versu, *infrā mensē*,
 Qu. 5. Hermes Qu. 50.

§. 8. Dixi initio §. præcedent : Precistam non debere præcisè pri-
 mò vacans optare Beneficiū, sed posse exspectare alteram. Ponitur jam
 Casus : si primum vacans acceptaverit, idque Collatori ordinario decla-
 raverit, au & variare licebit? & R. variare amplius non poterit, adeò,
 ut si acceptati Beneficii Provisionem admittere nolit, aliud deinceps pe-
 tere haud possit; hanec Sententiam recte dicit Chockier pag. 68. Utro-
 que jure certam; limitatur tamen, ut non procedat L. quando primus
 actus (acceptationis) fuerit invalidus, veluti si necdum vacasset Bene-
 ficiū

ficiū illud, si immune extisit ab onere Precum, Dispositio enim lo-
 quens de actū, intelligi debet de primo actū valido, adeoque per accep-
 tionem invalidam dispositio, seu facultas acceptandi non tollitur.
 II. Quandō acceptans non possit consequi Beneficium illud, quod accep-
 tavit; ut si dispendiosae liti propterā implicaretur, non enim tantis
 sumptibus, & via litis alias à Ss. Canonibus aliena in Beneficii cujus-
 dam possessionem se quis protrudere tenetur. Secūs igitur esset, si filis
 esset frivola. 2aō si Precista item fatis prævidisset, & tamen acceptas-
 set, deberet enim item tūm prosequi, & Sententia contrā se fortassis
 lata aliud vi Precum exspectare Beneficium. Ultimō pro Coronide præ-
 fensis Capitis digna videtur Quæstiō: An detur *Cumulatio Titularum Pro-*
visionis Ordinarii, & Precum? Seu cum Nominato à Cæfare objicer-
 tur: Beneficium non esse Precibus affectum: Au posthabitis Precibus
 Provisionem ab Ordinario recipere possit? quā in re facilis est Responso
 affirmativa, idque sive Beneficium vacans solum prætenderetur à Preci-
 bus immune, sive revera tale esset, electa enim via diffīlī aut inutili,
 non tollitur facilior, aut utilior, & quemadmodū qui à Patrono præ-
 sentatus ad quoddam Beneficium, litigioso tamen Jure patronatus exi-
 stente, Jus, siquid habet ex Præsentatione, dimittere, & à Collatore
 idem Beneficium impetrare potest, ita hoc idem Precista hanc erit in-
 terdictum, licet enim hæ duæ gratiae Precum, & Collationis Ordinariæ
 sint diversæ, non tamen sunt sibi contrariae, ut potè ad eundem tenden-
 tes finem. *Hermes Cap. II. Qu. 62.*

CAPUT IV.

An Precibus Cæfareis & Canones, & S. Concilium
 Tridentinum, & Concordata Germania obstant?
 ubi & de Executoribus Precum
 Cæsarearum.

§. I. Multa huc usque verba facta sunt de antiqua, & approbata con-
 fuetudine; dubium hic incidere alicui posset: An ejusmodi
 Confuetudo fuerit valida? Ed quod I. Sacris Canonibus videatur adver-
 fari, quibus exspectatiæ ad Beneficia vacatura, & Provisiones de Præ-
 bendis viventium, per quas Votum captandæ mortis alienæ plenissimum
 tristissimi eventus inducitur. Leg. fin. Cod. de Pastis. præsertim in Ecclesia
 Christi damnentur, Cap. 2. & II. de Conc. Prebend., & Cip. 2. tit. eod. in 6.
 Quin & in Regula Cancell. 20. provisum, quod siquis supplicaverit, sibi
 de Beneficio quoconque tanquam per obitum vacante, qui adhuc vivit,
 provideri, si posteā idipsum per obitum vacet, Provisio antē facta nul-
 lius